persequentibus me iudica
Narraverunt michi
iniqui fabulaciones:
sed non ut lex tua Omnia
mandata tua veritas:
inique persecuti sunt me
adiuva me Paulo
minus consummaverunt
me in terra: ego autem
non dereliqui mandata tua
Secundum misericordiam tuam
vivifica me: et custodiam
testimonia oris tui ps
In eternum domine
verbum tuum perma-
net in celo In gene-
ratione et generationem:
veritas tua: fundasti
terram et permanet Or-
dinatione tua perseverat
dies: quoniam omnia serviunt
tibi Nisi quod lex tua me-
ditacio mea est: tunc

forte perissem in humili-
tate mea In eternum
non obliviscar iustifica-
ciones tuas: quia in ipsis
vivificasti me Tuus
sum ego salvum me fac:
quoniam iustificaciones tuas
exquisivi Me expec-
taverunt peccatores
ut perderent me: testi-
monia tua intellexi
Omnis consummacionis
vidi finem: latum man-
datum tuum nimis. ps
Quomodo dilexi
legem tuam domine:
tota die meditacio mea
est Super inimicos
meos prudentem me
fecisti mandato tuo:
quia in eternum michi est Super
omnes docentes me in-
tellexi: quia testimonia